Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



114

post tonum replicatum ad C. remittit semidiptonus ad A. ut Rx Memento mei deus. Impetum inimicorum. Auribus percipe. Ecce virgo. Velum templi. Ut hic:

Videns aut Ponis nube Que sunt O gloriosa Memento Auri bus:

Et ab F. primo hic tropus in responsorijs ortum habet a quo post semitonium replicatum remittit semidiptonum ad C. D. ex quo tum descendit et ascendit ut patet in Rxijs Tempus est ut revertatur ad eum. Omnis pulcritudo. Audi israel:

Tempus est Omnis pulcritu do Audi isra el:

De principijs tertij tropi in Rxijs:

Tertius tropus qui deuterus appellatur et est autenticorum secundus. in suis responsorijs sex reperitur hic principia s. C. E. D. E. F. G. primo. et C. secundo. In C. primo ortum suum habet hic tropus. a quo post intensum tonum ad D. uno intervallo semidiptonum intendit ad F. ut Rx Aedificavit noe Et in D.